

## CIII

Quomodo ergo non magis homines suos comitatores debent audire, et his que ad suam salutem spectant intendere, et cum hoc fecerint adimplebitur illud Isaie. xx. xv. Tunc aperientur oculi cecorum, et aures surdorum patebunt. **S** Tercij surdi possunt curari si sonum audiant inferni ululantis, quis tam stultus vocem audiat perpetualiter flentium, pro dolore clamantium, et tanto stridore dentium, penas suas protestantium, et non curet, unde dicitur eis Isaie. xxxv. Surdi audite et ceci intuemini ad videndum. **Q**uarti possunt curari si vocem audiant conscientie arguentis, sed quidam in his similes sunt gallinis augustabilibus, que quod eas reperire vocare non veniunt. **N**ihilus etiam si pastus sit ad manum non redit, sed quia omnino nolunt audire conscientiam corrigentem, cogentur audire ipsam accusantem, unde Isa. xxxvii. Audient in die illa surdi verba libri, id est conscientie accusantis Job. xxxvii. Super hoc expavit cor meum et motus est de loco suo eo quod audivit auditionem in timore vocis eius et sonum de ore eius procedentem. **S**ecunda infirmitas fuit mutitas que naturaliter consequitur surditatem. Et nota quod homines fiunt muti ex quatuor causis scilicet. Ex lingue indispotione, Ex vocis interdictione, Ex lacertorum in frigidatione, Ex calidi humoris infusione. Dico quod primo fit homo mutus ex lingue indispotione ut quando lingua palato adheret, et ab eo separata non est, et hoc modo spiritualiter muti sunt qui in confessione loqui nesciunt, unde dicitur Ezech. iii. Linguam tuam adherere faciam palato tuo etc. hoc autem fit cum lingua rubore ligatur, ut confessio non sequatur, iuxta illud psalmi. **M**uta sunt labia dolosa, quid est quod pice loquitur et homo mutus efficitur. **N**am in legenda Thome cantuarii habetur, quod dum nifus aviculam insequeret quandam, illa clamavit alta voce, sancte Thoma adiuva

me, et statim nifus est mortuus, quod est ergo quod homo sit mutus tot malis oppressus. **S**ecundo fit homo mutus ex vocis interdictione, quod vocis transitus ad os aut nullus est aut non sic patens est ut plenam vocem possit effundere vel emittere, unde illum spiritum vocalem per nares quasi mugientes effundunt, et hoc modo spiritualiter sunt muti qui ad gratiarum actionem nullas voces emittunt, tales enim sunt sicut bruta mugentia, ne claudantes divinam bonitatem, sunt ergo isti similes zacharie, Luce. i. qui dum sibi promitti donum audivit nullas gratias retulit, propter quod mutitatem incurrit, unde omnes tales possunt dicere illud psalmi. Ego tanquam surdus non audiebam et tanquam mutus non aperiens os suum, Tercio fit homo mutus ex lacertorum longa in frigidatione, sicut in paralytici patet esse, et hoc modo spiritualiter muti sunt a calore amoris divine procul facti, non possunt verba edificationis alijs loqui, unde dicitur. i. Macha. ix. quod alchimus qui precepit muros destrui domus dei a deo percussus est et paralyticus dissolutus, nec potuit ultra loqui, sicut enim percipiuntur qui possunt alios bene instruere, et eligunt potius mala dicere vel vino tacere, de quibus dicitur Isa. lvi. Speculatores eius ceci omnes, canes muti non valentes latrare. **Q**uarto efficitur homo mutus ex calidi humoris infusione, unde et ligamentum quoddam sub lingua nascitur quod ramula vocatur quod mutum hominem facere probatur, et hoc modo spiritualiter muti sunt qui in priorum correptione muti fuerunt, et maxime dum in muna accipiunt quod sepe iudicium ora concludunt, tales ergo omnes sub lingua ramulam habent, quod ad literam est quodam ramulum, quod si in osculis latrans pice fuerit obmutescere cum facit, unde dicitur Ezech. xx. Exenia et dona excecant oculos iudicium et quasi mutus in ore auerit correctiones eorum. **S**ed nota quod hec infirmitas christi virtute curatur, unde dicitur, quod mutos se lo, curatur ergo mutitas prima dum